

Origenes

meretricem cum Israelita viro sub oculis omnium impuris vidisset inherere complexibus, ira diuinæ æmulationis impletus, arreptum gladium per vtriusque pectus exercuit. Quod opus reputatum est ei a deo ad iustitiam, dicente domino. Phinees sedauit furorem meum, & reputabitur ei ad iustitiam. Iste ergo cibus iræ terrenus noster fit cibus, cum eo rationabiliter veimur ad iustitiam. Si vero irrationabiliter agat ira, aut innocentes puniat, ut effervescat in eos, qui nihil delinquant, iste cibus erit bestiarum agrorum, & serpentum terre, & volucrum celi. His etenim demones nutriuntur cibis, qui malis nostris actibus & pascuntur & fauent. Indicium namque est huius operis Cain, qui innocentem fratrem ira decepit inuidiæ. Similiter etiam de concupiscentia, & de singulis huiusmodi affectibus sentiendum est. Cum enim concupiscit & deficit anima nostra ad deum viuum, noster cibus est concupiscentia. Cum autem vel alienam mulierem ad concupiscendum videmus, vel aliquid rerum proximi concupiscimus, bestialis cibus efficitur concupiscentia. Sicut exemplo potest esse concupiscentia Achab, & factum Isebel de vinea Nabu thei Israelitæ. Obseruanda sane est sanctæ scripturæ etiam in verborum ratione cautela, quæ cum de hominibus dixisset, quia dixit deus, Ecce dedi vobis omne semen seminale, quod est super terram, & omne lignum quod est super terram, vobis erit ad escam: de bestiis non dixit, quia dedi eis escam hæc omnia, sed erit illis ad escam: ut secundum spiritalem rationem quam exposuimus, affectus isti intelligantur homini quidem a deo dati esse, prænuñciari tamen a deo, quod erunt etiam bestiis terræ in cibum. Ideo ergo cautissimo vsa est sermone scriptura diuina, quæ hominibus quidem ait dicere deum, dedi vobis hæc ad escam. Vbi autem ad bestias venit, non iubentis, sed quasi prædicantis significatione dicit, quia hæc erunt etiam bestiis & volucris & serpentibus ad escam. Sed nos secundum apostoli Pauli sententiam attendamus lectioni, ut possimus (sicut ipse ait) sensum Christi accipere, & scire quæ a deo donata sunt nobis: & quæ nobis ad escam data sunt, non faciamus escas porcorum, vel canum, sed tales eas præparemus in nobis, quibus dignum sit suscipi in hospitio cordis nostri verbum ac filium dei venientem cum patre suo, & volentem facere apud nos mansionem in spiritu sancto, cuius prius templum per sanctitatem debemus existere. Ipsi gloria in æterna secula seculorum, Amen.

Super Genesim.

De fabrica arcæ, & eorum quæ in ea sunt.
Homilia Secunda. Cap. VI.



Incipientes de arca, quæ secundum mandatum dei a Noe constructa est, differere, primo omnium videamus, quæ de ea secundum literam referunt, & questionibus proponentes quas obici a pluribus solent, etiam absolutiones earum ex his, quæ nobis sunt a maioribus tradita, requiramus, ut cum huiusmodi fundamenta iecerimus, ab historię textu possimus ascendere ad spiritualis intelligentię mysticū & allegoricum sensum, & si quid in eis arcanum continetur, aperire, domino nobis verbi sui scientiā reuelante. Primo igitur hæc ipsa, quæ scripta sunt proponamus. Et dixit, inquit, dominus ad Noe, Tempus omnis hominis venit ante me, quoniam impleta est terra iniquitatibus ab eis, & ecce ego disperdā illos, & cetera. Fac ergo tibi arcam de lignis quadratis, nidos facies in arca, & bituminabis eam abintus, & aforis bitumine, & sic facies arcam. Trecentorum cubitorum longitudinē arcę, & quinquaginta cubitorum latitudinē, & triginta cubitorum altitudinē ei colligēs facies arcā, & in cubitū cōsummabis eam in summo. Ostium autem arcæ facies ex latere, inferiora bicamerata, & tricamerata superiora facies ea. Et post pauca addit. Et fecit (inquit) Noe omnia quæ præcepit ei dominus deus, sic fecit. Primo ergo quaeritur qualem oporteat habitum ipsum, & formā arcæ intelligi. Quam ego puto quartū ex his quæ describuntur apparet, quatuor angulis ex vno consurgentibus, eisdemque paulatim usque ad summū in angustū attractis, in spatium vnius cubiti fuisse collectā. Sic enim refertur, quod in fundamentis eius trecenti cubiti in longitudine, in latitudine vero quinquaginta sint positi. Triginta autē in altitudine ædificati. Sed collecta in cacumen angustum, ita ut cubitus sit latitudinis, & longitudinis eius. Iam vero intrinsecus ea quidē quæ dicuntur eius inferiora, bicamerata ponuntur, id est habitationē duplicē continentia. Superiora vero tricamerata, veluti si dicam⁹ triplicibus constructa coenaculis. Sed hæc habitationū distinctiones ad hoc factę videntur, ut secreta nisi per singulas mansiones diuersa animalium vel bestiarum genera facilius possint, & a bestiis feris mansueta quæque & ignaua seiungi. Iste ergo habitationum discretionum nidi appellantur. Quadrata vero ligna fuisse referunt, quo & facili⁹ alterum alteri posset aptari, & inundante diluvio totus aquarum phiberetur incursus, cum intrinsecus & extrinsecus oblita bitumine iung

A ctura muniretur. Traditum sane nobis est, & non absq̃ verisimilitudine, inferiora, quæ supra diximus constructa dupliciter, quæ & separatim bicamerata dicuntur, ob hunc modum fuisse duplicia, quoniam quidē annū integrū fecerūt omnia animalia in arca. Et utiq̃ in totum annū necesse erat prouidere cibos, & nō solum cibos, verum & digestionū cōstitui loca, quo neq̃ ipsa animalia, præcipue tamen homines, fimi fetore vexarentur. Tradunt ergo q̃ inferior regio ipsa, quæ in fundo est, ad huiusmodi necessitates mancipata sit & excepta. Huic autem superior & contigua, conseruandis pabulis deputetur. Etenim necessariū videbatur, ut iis bestiis, quibus natura vesci carnibus dedit, introducta sint extrinsecus animalia, quorum vespentes carnibus conseruare vitam posteritatis reparandæ gratia valerent: aliis vero alia, quæ naturalis vsus deposcit, seruari alimēta. In hos ergo vsus inferiores partes, quæ bicameratę dicuntur, traditū fuisse distinctas. Superiores vero ad habitaculum bestiis, vel animalib⁹ deputatę sunt: quibus inferiores quidē feris, & immixtis bestiis, vel serpētib⁹ habitaculum præbuisse: his vero cōtigua in superioribus loca, mitioribus animantibus stabula fuisse. Supra omnia vero in excello hominibus sedem locatam, ut potē qui & honore & ratione cuncta præcellant: ut sicut ratione & sapiētia principatum gerere supra omnia quæ in terris sunt, dicitur homo, ita etiam loco celsior, & supra oēs animantes, quæ in arca sunt, collocatus sit. Tradunt autem etiam ostium, quod ex latere factum dicitur, eo loci fuisse, ut inferiora, quæ dixit bicamerata, infra se haberet, & q̃ dixit tricamerata, superiora a loco ostii appellata sint: ut inde ingressa vniuersa animalia, p̃ sua quæq̃ loca, secundum q̃ supra diximus, congrua discretione dirempra sint. Verum ostiū ipsius munimen, nō iam humanis rationibus adimpleretur. Quomodo, n. postea q̃ clausum est, & nullus hominū extra arcam fuit, bituminari extrinsecus ostiū potuit, nisi quia diuinæ virtutis sine dubio opus fuit, ne ingrederet aqua per aditum, quem humana nō munierat manus? Propterea ergo scriptura cum de ceteris omnibus dixisset, quia fecit arcam Noe, & introduxit animalia, & filios, & uxores eorum, de ostio nō dixit, quia Noe clausit ostium arcæ, sed ait, quia clausit dominus deus de foris ostium arcæ, & sic factū est diluuiū. Obseruandum tamen est q̃ post diluuiū nō dicitur Noe aperuisse ostium, sed fenestrā, cū emisit Coruū, ut videret vtrum cessasset aqua sup

terram. Q̃ autem intulerit cibum Noe in arcam omnibus animantibus, vel bestiis, quæ cū eo introierunt, audi ex his, quæ dñs dicit ad Noe. Tu, inq̃t, accipe tibi ipsi ab oībus escis q̃ edunt, & cōgregabis ad temetipsum, & erūt tibi & ipsis ad edendum. Q̃ autē fecit Noe ea quæ p̃cepit ei dñs, audi scripturam dicētem. Et fecit (inquit) Noe omnia quæ p̃cepit ei dñs deus, sic fecit. Sane q̃ de locis, quæ dixim⁹ ad simū animalū separata, scriptura nihil retulit, sed traditio tenet, opportune videbit. Super hoc habitum esse silentiū, de quo sufficēter cōsequētiē ipsi⁹ ratio doceret. Et quia ad spiritalē intelligētiā minus digne poterat aptari, merito ergo scriptura filuit de hoc, q̃ magis narrationes suas intellectibus allegoricis coaptat. Verū tamen quantū ad necessitatem pluuiarū, & diluuii spectat, nulla potuit tam conueniens, & cōgrua arcę species dari, q̃ ut e summo velut e tecto quodam in angustū culmine ducto diffunderet imbris ruinas: & ima in aq̃s quadrata stabilitate cōsistēs, nec impulsu vētorū, nec impetu fluctuū, nec ingē

C tudine aialitū, quæ intrinsecus erant, aut inclinari posset, aut mergi. Sed his oībus tanta arte cōpositis, obiciūt qdā q̃stiones, & p̃cipue Apelles, qui fuit discipulus qdē Marcionis, sed alteri⁹ hereseos magis, q̃ eius quā a magistro suscepit, inuentor. Is ergo dum assignare cupit scripta Moyfi nihil in se diuinę sapientię, nihilq̃ operis sancti spirit⁹ cōtinere, exaggerat huiusmodi dicta, & dicit nullo genere fieri potuisse, ut tā breue spatiū tot animalium genera eorūq̃ cibos, q̃ per totum annū sufficerent, capere potuisset. Cum em̃ bina & bina ex immūdis aialib⁹, hoc est bini masculi & binę fēminę (hoc enim indicat sermo repetitus) ex mūdīs vero septena & septena in arcam dicant inducta, quomodo (inquit) fieri potuit istud spatiū, qd scriptū est, ut quatuor saltē solos elephātos capere potuerit? Et post ea q̃ per singulas species hoc modo refragat, addit super omnia his verbis. Constat ergo fictam esse fabulā. Qd si est, cōstat nō esse a deo hanc scripturā. Sed ad hęc nos quæ a prudētibus viris, & Hebraicarum traditionū gnaris, atq̃ a veteribus magistris didicimus, ad auditorum notitiā deferemus. Aiebāt ergo maiores, q̃ Moyses, qui (ut de eo scriptura testat⁹) omni sapientia Aegyptiorū fuerat eruditus, secūdū artē geometricā, quā præcipue Aegyptii callēt, cubitoꝝ numerū in hoc loco posuit. Apud Geometras, n. secūdū eā rationē, quæ apud eos virtus vocat⁹, ex solido, & quadrato vel in sex cubitos vn⁹ deputat si generaliter,

Origenes

Super Genesim.

vel trecentos si minuratim deducatur. Quæ
 utiq; ratio si obseruet, in huius arcę mensura
 inuenient & longitudinis & latitudinis tāta
 spatia, q̄ vere totius mūdi reparāda germina
 & vniuersorū animātiū capere rediuiua semi
 naria potuerint. Hęc quantum ad historie p
 tinet rationē, aduersum eos dicta sint, qui im
 pugnare scripturas veteris testamenti nitun
 tur, tanq̄ impossibilia quedā, & irrationabilia
 continent. Nūc vero iā deprecātes eū prius
 qui solus potest de lectione veteris testamēti
 auferre velamen, tentemus inquirere qd etiā
 spiritalis edificatiōis cōtineat magnifica hæc
 arcę constructio. Purb̄ ergo (vt ego pro parui
 tate sensus mei assequi possum) q̄ illud dilu
 uium, quo pene finis tunc datus est mundo,
 formā teneat finis illius qui vere futurus est
 mūdi. Qd̄ & ipse dñs pronunciauit dicens. Si
 cut enim in diebus Noe emebant, vēdebant,
 ædificabant, nubebant, & nuprū tradebant, &
 venit diluuiū, & perdidit oēs, ita erit & aduē
 tus filii hominis. In quo euidenter vna, eadēq;
 forma diluuii, qd̄ præcessit, & finis mūdi quē
 venturum dicit, designatur. Sicut ergo tunc
 dictū est ad illum Noe, vt faceret arcam, & in
 troduceret in eam secum non solum filios, &
 proximos suos, verum etiam diuersi generis
 animalia, ita etiam ad nostrum Noe, qui vere
 solus iustus, & solus perfectus est, dominū Ie
 sum Christum in cōsummatione seculorū di
 ctum est a parte, vt faceret sibi arcā ex lignis
 quadratis, & mensuras ei daret cælestibus sa
 cramentis repletas. Hoc enim designatur in
 psalmo, vbi dicit. Pete a me, & dabo tibi gen
 tes hereditatem tuam, & possessionē tuā ter
 minos terre. Construit ergo arcam, & facit in
 ea nidos, id est promptuaria quædam, quibus
 diuersi generis animalia recipiant. De quibus
 & Propheta dicit. Perge populus meus, intra
 in promptuaria tua, absconde te parūper do
 nec transeat furor iræ meæ. Confertur ergo
 populus hic qui saluat in ecclesia, illis omni
 bus, siue hominibus, siue animalibus, quæ sal
 uata sunt in arca. Verum quoniam non est o
 mniū vnū meritū, nec vnus in fide profectus,
 idcirco & arca illa non vnā præbet omnibus
 mansionem, sed bicamerata sunt inferiora, &
 tricamerata supiora, & nidi distinguunt in ea,
 vt ostēdat quia & in ecclesia licet omnes itra
 vnā fidem contineantur, atq; vno baptismo
 diluātur, non tamē vnus omnibus, atq; idem
 profectus est, sed vnusquisq; in suo ordine. Hi
 quidem, qui per rationabilē scientiam viuunt
 & idonei sunt non solum semetipsos regere,
 sed & alios docere, quoniā valde pauci inue

niuntur, qui cum ipso Noe saluantur, & pro
 xima ei propinquitate iunguntur, & tenent fla
 guram, sicut & dominus noster verus Noe
 Christus Iesus paucos habet proximos, pau
 cos filios & propinquos, qui verbi ei⁹ partici
 pes sint, & sapientię capaces. Et ii sunt, qui in
 summo gradu positi sunt, & in summitate ar
 cę collocantur. Ceterum multitudo irrationa
 lium animalium, vel etiā bestiarū in inferiorib⁹
 locis habetur, & eorū maxime, quorū feritatis
 sequitiam nec fidei dulcedo molliuit. Superio
 res vero aliquantulo ab his sunt, qui licet mi
 nus rationis, plurimū tamen simplicitatis, in
 nocentięq; custodiunt. Et sic per singulos habi
 rationū gradus ascendentibus peruenitur ad
 ipsum Noe, qui interpretat reges, vel iustus,
 qui est Iesus Christus. Neq; enim in illū Noe
 conuenit, quod dicit Lamech pater eius. Hic
 enim, inquit, requiem dabit nobis ab operibus
 & a tristitiis manuum nostrarum, & a terra
 quā maledixit dominus deus. Quomodo eū
 verum erit, q̄ ille Noe requiem dederit illi
 Lamech, vel populo, qui tunc habebatur in
 terris, vel quomodo a tristitiis & labore cessa
 tum est temporibus Noe, vel quomodo abla
 tum est maledictū terrę, quod dederat domi
 nus, vbi potius iracundia diuina maior ostē
 ditur, & refertur dicere deus, Poenitet me q̄
 feci hominem super terram! Et iterum dicit.
 Deleam omnē carnē quę est super terram. Et
 super omnia summę offensę indicium interi
 tus viuentium datur. Si vero respicias ad do
 minū nostrū Iesum Christum, de quo dicitur
 Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi,
 & iterū de quo dicitur. Factus pro nobis ma
 ledictū, vt nos de maledicto legis redimeret.
 & iterum cum dicit. Venite ad me qui labo
 ratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, & in
 uenietis requiem animabus vestris, inuenies
 hunc esse, qui vere requiē dedit hominib⁹, &
 liberauit terram de maledicto, quo maledixit
 ei dñs deus. Huic ergo spiritali Noe, qui re
 quiem dedit hominibus, & tulit peccatū mū
 di, dicitur. Facies tibi arcam ex lignis quadra
 tis. Videamus ergo quæ sint quadrata ligna.
 Quadratum est, qd̄ nulla vacillat ex parte, sed
 quocunq; verteris, fida & solida stabilitate cō
 sistit. Ista sunt ligna, quę omne pōdus vel ani
 malium intrinsecus, vel fluctuum extrinsecus
 ferunt. Quos ego arbitror doctores esse in ec
 clesia, & magistros atq; emulatores fidei, qui
 & populos intrinsecus positos verbo commo
 nitionis, & doctrinę gratia consolantur, & im
 pugnantibus extrinsecus, vel gentilibus, vel
 hereticis, & quæstionum fluctus, ac procellas

certaminū cōmouētibus, virtute verbī, ac sapientia rationis obfistunt. Vis autem videre quod ligna rationabilia nouit scriptura diuina? Recenseamus quid apud Ezechielē prophetā scriptum est. Et factū est (inquit) in vndecimo anno, tertio mēse, vna die mēsis, factū est verbum dñi ad me dicēs. Fili hoīs dic ad Pharaō nem regem Aegypti, & ad multitudinē eius. Cui te similem facis in exaltatione tua? Ecce Assur cypressus in Libano, speciosus ramis, & cōdensus vmbra culis, excelsus in altitudine. Inter medias nubes factū est cacumē ei⁹, aqua enutriuit eū, & abyssus exaltauit eū, & adduxit oīa flumina sua circa eū, & cōgregationes suas emisit ad oīa ligna cāpi. Propterea exaltata est altitudo eius super oīa ligna cāpi. Et post pauca dicit. Cypressi multae in paradiso Dei, & pini nō sunt similes ramis eius, & abietes non fuerunt similes ei. Omne lignū in paradiso dei non assimilātū est ei, & zelata sunt eū oīa ligna paradisi deliciarum dei. Animaduertis de quibus vel qualibus lignis dicat propheta? quomodo describit cypressum Libani, cui oīa ligna, quae in paradiso dei sunt, cōparari non possint? Et addidit etiam hoc ad vltimū, quod omnia ligna, quae sunt in paradiso Dei zelata sint eā, euidenter ostēdens secundum spiritalem intelligentiam rationabilia dici ligna quae in paradiso dei sunt. Quippe in quibus aemulationem quandam describit esse aduersum ea ligna, quae sunt in Libano. Vnde & ex cursu etiam hoc dicamus. Considera ne forte & illud, quod scriptū est, quia maledictus a deo omnis qui pēdet in ligno, sic debeat intelligi, quomodo & illud, quod alibi dictum est, Maledictus homo, qui spem habet in homine. Pendere enim in solo deo debemus, & in nullo alio etiā si de paradiso Dei procedere quis dicat, sicut & Paulus dicit. Etiā si nos, aut angelus de cōlo euangelizauerit vobis aliter quā euāgelizauimus vobis, anathema sit. Sed haec alias. Ingerim vidisti quae sint quadrata ligna, quae velut murus quidā & defensio his qui sunt intrinsecus, obstaculū autē & impugnatio his qui extrinsecus supueniunt, collocantē ab spiritali Noe. Quae ligna extrinsecus, & intrinsecus bitumine linunt. Vult enim te architect⁹ ecclesiae Christus nō esse talē, quales sunt illi, qui deforis quidē apparent hominibus iusti, deintus autē sunt sepulcra mortuorum. Sed vult te & corpore sanctū esse extrinsecus, & corde intrinsecus purū. Caurū vndique & castitatis atque inocētiē virtute munitū, hoc est in
B rus, & foris bitumine esse oblitū. Post haec de longitudine, & latitudine arcē, & de altitudine

memoratur: & numeri in his quidā ponunt in gētib⁹ mysteriis consecrati. Sed anteq̃ de numeris differemus, hoc quod dicit longitudinem, & latitudinem, & altitudinem, quale sit videamus. Apostolus in quodam loco, cū de mysterio crucis sacrati⁹ loqueret, ita ait. Vesciatis quod sit lōgītudo, & latitudo, & altitudo, & pfundū. Profūdū autē & altitudo idē significat: rātum non, quod altitudo spatiū de inferioribus videtur ad superiora metiri, profundū vero de superioribus incipere, & ad inferiora descendere. Consequenter igitur spiritus Dei & per Moysen, & per Paulum ingētiū sacramentorum figuras enūciat. Nam Paulus quoniam descensionis Christi mysteriū p̃dicat, pfundū nominauit, quasi de superiorib⁹ ad inferiora veniētis. Moyses vero quia restitutionem designans eorum, qui per Christum de interitu, & p̃ditione seculi tanq̃ de nece diluuii ex inferioribus ad superna & celestia reuocantur, in mensura arcē non profundū memorat, sed altum, tanq̃ vbi de terrenis & humilibus ad celestia, & excelsa cōscēditur. Numeri quoque ponuntur, trecēti cubiti longitudinis, quinquaginta latitudinis, triginta altitudinis. Trecēti, ter cēteni sunt. Cētenarius autē numerus, plenus in omnibus & perfect⁹ ostenditur, & totius rationalis creaturē continens sacramētū, sicut in euāgeliis legimus, vbi dicit quia habēs quis centum oues, ex quibus cum perisset vna, relictis nonaginta nouē in montibus descendit querere eam, quae perierat. Quāq̃ inuentam humeris suis reportauit, & posuit cū illis nonaginta nouē, quae non perierant. Hic ergo centenarius totius creaturē rationalis numerus, quoniam non ex semetipso subsistit, sed ex trinitate descendit, & longitudinem vitæ, hoc est immortalitatis gratiam, ex patre per filium ac spiritū sanctum suscepit, idcirco triplicat⁹ ponitur, utpote qui ad perfectionem per gratiam trinitatis augetur, & qui ex cētenario per ignorantiam lapsum per agnitionem trinitatis restituat in trecētos. Latitudo quinquagenarium numerū tenet. Qui numerus remissioni, & indulgentiæ cōsecratus est. Secundū legem enim quinquagesimo anno remissio erat, id est, ut si quis distraxisset possessionē, reciperet si liber in seruitutē venisset, reciperet libertatem, si indulgētiā debitor acciperet, exul rediret ad patriā. Spiritalis ergo Noe Christus, in arca sua, in qua humanū gen⁹ de interitu liberat id est in ecclesia sua hūc quinquagenariū remissionis numerum in latitudine collocauit. Nisi enim remissionem peccatorū donasset cre-

Origenes

dentibus, non fuisset per orbem terrę ecclesię latitudo diffusa. Triginta autem altitudinis numerus simile vt trecenti continet sacramentum. Qđ enim ibi cęteni, hoc hic deni tercio multiplicari faciunt. Ad vnum autem totius constructionis numerum summa reuocatur, quia vnus deus pater ex quo omnia, & vnus dominus, & vna ecclesię fides est, vnum baptisma, vnum corpus, & vnus spiritus, & ad vnum perfectionis dei finem cuncta festinant.

- E** Sed & tu qui hęc audis, si scripturis sanctis intendas ex orio, permulta inuenies magnarum rerum gesta sub tricenario vel quinquagenario numero cōtineri. Triginta annorū Ioseph educitur de carcere, & totius Aegypti suscipit principatum, vt imminentis perniciem famis diuina puisione depellat. Triginta annorum refertur Iesus, cum venit ad baptismū, & vidit cęlos diuisos, & spiritum dei in columbę specie venientem super se. Vbi & primum cępit sacramentū patescere trinitatis, & multa his similia inuenies. Sed & quinquagesimū diem festum, in nouarum frugum consecratione reperies, & de Ammanitarū spoliis domino quinquagesima delibatur. Cum trecentis vero inuenies & Abraham vincentem Sodomitā, & Gedeon cū trecentis lingua aquę lambentibus superat. Ostium sane, qđ non a fronte, nec desuper, sed e latere ex transuerso collocatur, quoniam irę diuinę tempus est:
- **D**ies enim domini, dies irę, & furoris, sicut scriptū est: licet em videantur aliqui saluari, multi tamen, quos merita sua reprobant, delentur & pereunt: ex transuerso ostium ponitur, vt illud ostendatur, qđ per prophetam dicitur. Quia si incesseritis mecum peruersi, & ego incedam vobiscum in ira peruersa.
- G** Post hęc videamus & de eo qđ dicit separatim inferiora bicamerata, & superiora tricamerata, ne forte illud indicetur p hęc, qđ Apostolus dixit, quia in nomine Iesu omne genu flectetur, cęlestium, terrestrium, & infernorum: & in arca significetur omnium quidē inferiora ipsa esse, quę Apostolus dicit inferna: horum autem contigua superiora ipsa esse terrestria: tricamerata vero superiora quę dicit simul omnia esse cęlestia. Sed in his eorum merita distinguī, qui possunt secundū apostolū Paulū vsq; ad tertium cælum conscendere. Nidī vero & nidī, quia multi sunt in arca, multas esse apud patrem indicant mansiones. De animalibus vero, & bestiis, ac pecoribus, ceterisq; diuersis animantibus, quę nobis alia figura seruanda est, nisi quā vel Esaías ostēdit, cū dicit, in regno Christi lupum cum agno, par-

Super Genesim.

dum cum hęcdo, leonem & bouem simul ire ad pascua, eorūq; fœtus simul pascuis vesci, insuper etiam in aspidū cauerna, parū puerū (talem sine dubio, qualem dicebat Saluator, Nisi conuersi fueritis & effecti sicut puer hic non introibitis in regnum Dei) missurū esse manum, & nihil nocendum! Vel etiam illa figura: quam Petrus iam nunc in ecclesia haberi docet, cū refert se visionem vidisse, in qua omnia quadrupedia, & bestię terrę, ac volatilia cęli intra vnum fidei lintheum continebatur, quatuor euāgeliorum initiis alligatum. Verum quoniam arca quam describere conamur, non solum bicamerata sed & tricamerata a deo cōstrui iubetur, operā demus & nos ad hanc duplicem quę p̄cessit expositionē, secundum p̄ceptum Dei etiam tertiam iungere. Prima enim quę p̄cessit historica est veluti fundamentum quoddam in inferioribus posita. Secunda hęc mystica superior, & excelsior fuit. Tertiā si possumus moralem tentemus adificere. Quis & hoc ipsum qđ neq; bicameratam solum dixit & siluit, neq; tricameratam tantum, & cessauit, sed cum dixisset bicameratam, addidit & tricameratā, nec absq; huius ipsius expositionis quā habemus in manibus, videatur esse mysterio. Nam tricamerata triplicem hanc expositionem designat. Sed quia non semper in scripturis diuinis historialis consequentia stare potest, sed nonnunq; deficit: vt (verbi causa) cum dicitur, Spine nascentur in manus ebriosi: & cum in templo a Salomone cōstructo, dicitur, Vox mallei & securis non est audita in domo Dei: & iterum in Leuitico, cū lepra parietis & pelliculę & staminis inspicī iubetur a sacerdotibus & purgari: propter hęc ergo & his similia non solum tricamerata, sed & bicamerata arca contextitur, vt sciamus in scripturis diuinis nō semper simplicē, quia non semper nos historia sequitur, sed interdum duplicis tantūmodo sensum expositionis inferrum. Tentemus igitur & tertiam expositionem discernere, secundum moralem locum. Si quis est, qui crescentibus malis, & inundantibus vitiis conuertere se potest a rebus fluxis & pereuntibus & caducis, & audire verbum Dei, ac p̄cepta cęlestia, hic intra cor suum arcam salutis ædificat, & bibliothecam (vt ita dicam) intra se diuini cōsecrat verbi: Longitudinem in ea, & latitudinem, & altitudinem, fidem, spem, charitatēq; collocat. Fide trinitatis ad longitudinem vitę, immortalitatēq; descendit. Latitudine charitatis, indulgentię, & benignitatis fundat affectum. Altitudine spēs

ad caelestia erigit & excelsa. Super terram enim ambulans, in celis habet conuersationem. Summa vero actuum suorum refert ad unum. Scit enim quia omnes quidem currunt, sed unus accipit palmam, scilicet quod cogitationum varietate, & instabilitate mentis non fuerit multiplex. Sed hanc bibliothecam non ex agrestibus & impolitis, sed ex quadratis, & secundum aequitatis lineam directis construit lignis, id est non secularium auctorum, sed ex prophetis, atque apostolicis voluminibus. Ipsi enim sunt, qui diuersis tentationibus edolati, refecatis omnibus vitiis & excisis, quadratam continent vitam, & ex omni parte libratam. Nam auctores secularium li-

A brorum possunt quidem dici ligna excelsa, & ligna umbrosa. Sub omni enim ligno excelsa, & nemoroso accusatur fornicatus esse Israel. quia illi loquuntur quidem excelsa, & florida vtuntur eloquentia, non tamen ita egerunt, vt loquuti sunt, & ideo non possunt ligna quadrata nominari, quod in eis nequaquam vita, & sermo colibret. Tu ergo si facis arcam, si bibliothecam congregas, ex sermonibus prophetis et apostolicis, vel eorum qui eos rectis fidei lineis sequuti sunt, congregas, bicameratam, et trica-

B meratam facito eam, ex ipsa narrationes historicas discas, ex ipsa mysterium magnum quod in Christo, et in ecclesia impletur, agnosce. Ex ipsa etiam emendare mores, refecare vitia, purgare animam, atque exuere eam omni vinculo captiuitatis intellige, nidos in ea, et nidos diuersarum virtutum, et profectuum collocas. Deintus sane et de foris bituminabis eam, corde fidem gerens, ore confessionem praefers, intus scientiam, foris operam habes: intus corde mundus, foris castus corpore incedens. In hac ergo arcam, siue eam bibliothecam diuinorum librorum, siue animam fidelem secundum moralem interim locum ponamus, introducere debes etiam animalia ex omni genere, non solum munda, sed & immunda. Sed munda quidem animalia facile possumus dicere, quod memoria, eruditio, intellectus, examinatio, & iudicium eorum quae legimus, aliisque his similia intelligi possunt. De immundis vero pronuntiare difficile est, quae & bina & bina nominantur. Verumtamen quantum in tam difficilibus locis audere possumus, puto quod concupiscentia, & ira, quia inest omni animae, necessario istae secundum hoc, quod ad peccandum homini famulantur, immunda dicuntur. Secundum hoc vero quod neque posteritatis sine concupiscentia successio reparatur, neque emendatio vlla sine ira potest neque disciplina consistere, necessariae, & conseruandae dicuntur. Et quia haec iam non morali, sed naturali ratione

discussa videantur, tamen quae ad praesens occurrere potuerunt, pro aedificatione tractauimus. Si quis sane potuerit ex orio ipsam sibi conferre, & comparare scripturam diuinam, & spiritualibus spiritualia coaptare, nec nos laetetur plura in hoc loco profundius, & arcani mysterii secreta reperiunt, quam nunc nos adducere in medium, vel pro breuitate temporis, vel pro auditorum labore non possumus. Omnipotentis tamen dei misericordiam deprecemur, qui nos non solum auditores verbi sui faciat, sed & factores, & inducat super nostras quoque animas diluuium aquae suae, & deleat in nobis quae scit esse delenda, & viuificet quae iudicat esse viuificanda, per Christum dominum nostrum, & per spiritum suum sanctum. Ipsi gloria in aeterna saecula saeculorum. Amen.

De circuncisione Abraham. Homilia Tertia.
Caput. XVII.



Quoniam in multis diuinarum scripturarum locis deum legimus ad homines loqui, & propter hoc Iudaei quidem, sed & nostrorum nonnulli, deum quasi hominem intelligendum putauerunt, id est humanis membris, habituque distinctum: philosophi vero velut fabulosa haec, & ad poeticorum similitudinem figurarum formata despiciunt: videtur mihi de his primo paucis fermocinandum, & tunc ad ea quae recitata sunt veniendum. Primo ergo ad eos sit sermo, quod foris positi arroganter nos circumstrepunt, dicentes excelsio illi & inuisibili atque incorporeo deo non conuenire, vt humanis utatur affectibus. Si enim loquendi (inquunt) ei datus usus, sine dubio dabitur & os, & lingua, ceteraque membra, quibus loquendi explet officium. Quod si sit, recessum est ab inuisibili, & incorporeo Deo. & multa his similia ne cessantes nostros fatigant. Ad haec ergo, si precibus vestris iuuemur, prout dominus dederit, breuiter occurremus. Nos sicut incorporeum esse deum, & omnipotentem, & inuisibilem praestemur, ita eum curare mortalia, & nihil absque eius prouidentia geri, neque in caelo, neque in terris, certo & immobili dogmate praestemur. Memento quia nihil sine prouidentia eius geri diximus, non sine voluntate. Multa enim sine voluntate eius geruntur, nihil sine prouidentia. Prouidentia namque est, qua procurat, & dispensat, & prouidet quae geruntur. Voluntas vero est, qua vult aliquid aut non vult. Sed de his alias. Longior enim est et diffusior iste tractatus. Secundum hoc ergo quod prouisorem omnium, et dispensatorem praestemur Deum, consequens est, vt quid velit,